



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

23 De Immunitate ecclesiarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

DE IMMUNIT. ET

patiamur Turcarum, desolationem
templorum, violationem virginum
Exo. 17 &c. Quæ enim ibi docet, præcipit in
preparatione cordis, nõ in ostensio
ne operis, ait Augustin. Sperandum
est potius post tot ærumnas, & cala-
mitates christianitatis, amissis duo-
bus imperijs, & 36. regnis, vt Deus
tandem misereatur nostri, & decan-
temus gaudenter: Filia Turcæ mise-
Psal. 136 ra, beatus qui retribuit tibi retribu-
tionem quam retribuisti nobis: vide
g. Hom. Tom. 1. de bello in Turcas.

DE IMMUNITA-
te & diuitijs ecclesia-
rum. Cap. XXIII.

Gen. 47 **I**mmunitas, & ecclesiastica liber-
tas ostenditur. Pharaõ gentilis
rex Aegy. immunitatem sacerdo-
tib. seruauit. Emit enim Ioseph om-
nem terrã Aegypti, subiecitq; eam
Pharaoni, & cunctos populos eius,
præter terrã sacerdotum quæ a rege
eis tradita fuerat, quibus & statuta
ciba-

cibaria ex horreis publicis præbe-
bantur. Et idcirco nõ sunt compulsi
vendere possessiones suas. Et infra:
Ex eo tempore vsque in præsentem
diem, in vniuersa terra Aegypti re-
gibus quinta pars soluitur, & factum
est quasi in legem, absque terra sa-
cerdotali, quæ libera ab hac condi-
tione fuit.

Artaxerxes rex Persarum donas ^{2. exemp.}
filijs Israel facultatẽ libere redeun- ^{Et Esr 7}
di cum Esdra in Hierusalem, pro sa-
cerdotum ministrorumq; templi li-
bertate decretum statuit in hæc ver-
ba: Ego Artaxerxes rex statui, atq;
decreui oĩbus custodibus arcis publi-
cæ qui sunt trans flumen, vt quod-
cunq; petierit à vobis Esdras scriba
legis dei cœli absq; mora detis & c.
Et infra: Vobis quoq; notũ facimus
de vniuersis sacerdotibus, & Leui-
tis, & cantoribus, & ianitoribus na-
thinneis, & ministris domus DEI
huius, vt vectigal, & tributum, &
anno-

DE IMMUNIT. ET

annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Vbi glo. ordi. quæ est Bedæ. Hoc priuilegio ostenditur, quod cetera plebs filiorum Israel ad patriam perueniens tributa regis pendebat, quod discreta prouisione rex fecisse cognoscitur, vt qui diuino seruitio semper erant occupati, à suo famulatu essent liberi, & qui in terra nihil proprium possidebāt, sed ex decimis populi viuebāt, nemo ex eis tributum exigeret. Ecce hi duo reges ambo gētiles, alter pro idolorum sacerdotum, alter vero Iudæorum sacerdotum legalitumq; ministrorum zelabant libertate: & modo nōnulli Christiani principes ciuitatūq; rectores grauat, exactionāt, & excoriāt Christi sacerdotes, pauperesq; verbi dei ministros, atq; in extremā deicere moluntur seruitutem.

Iosue 21
Num. 35

Iosue diuisit sacerdotibus & Leuitis ciuitates, sicut iusserat dominus

nus per Moysen.

Item habebant sacerdotes & Le- Leuit. 27
 uitæ dicimas, primogenita, primiti- Num. 180
 as, partes de victimis, oblationibus
 & sacrificijs, ordinante ac præcipiē
 te deo, pro ministerio quo sibi in
 tabernaculo testimonij seruiebant
 quotidie.

Dixit Ioas ad sacerdotes: Omnē 4. Reg. 12
 pecuniam sanctorum quæ illata fue
 rat in templum domini à pretereū
 tibus, quæ offertur pro precio ani
 mæ, & quam sponte & arbitrio cor
 dis sui inferūt in templum domini,
 accipiant illam sacerdotes iuxta or
 dinem suum. Ezechias præcepit po 2. Par. 36
 pulo habitantiū Hierusalem, vt da
 rent partes sacerdotibus & Leuitis,
 vt possent vacare legi dñi. Quod
 & populus fecit adeo abundanter,
 vt præciperet rex fieri horrea in do
 mo domini vbi reciperentur fru
 ctus &c.

Christus habuit procuratorem Iu Ioan. 15

S dam,

DE IMMUNIT. ET

dam, qui loculos habebat, & portabat ea quæ mittebantur.

Luc. 8 Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

Mat. 17 Immunitatem sacerdotum docuit Christus. Quid tibi videtur Simon, dixit Christus, Reges terræ à quibus accipiunt tributa, à filiis suis, an ab alienis? Dixit illi Petrus: Ab alienis. Dixit illi Christus, ergo liberi sunt filij.

2. Cor. 9 Quis militat suis stipendijs vnq̃, quis plantat vineam & de fructibus eius non edit? Infra: Scriptum est in lege Moyfi. Nō alligabis os boui trituranti. Infra: Si nos vobis spiritua lia seminamus, magnum est, si nos carnalia vestra metam⁹? Infra: Nescitis quoniam qui in sacrario operantur quæ de sacrario sunt, edunt? Et qui altario deseruiunt cum altario participant. Ita & dominus ordinat.

dinavit his qui euangelium annun-
 ciant, de euangelio viuere.

Oportet episcopum irreprehēsi- 1. Tim. 3.
 bilē esse, vnius vxoris virū, sobriū,
 ornatum, prudentē, pudicum, hospī
 talem, &c. & quomodo posset esse
 hospitalis si nihil haberet?

Quotquot enim possessores agro Act. 4.
 rum aut domorum erant, vēdentes
 afferebant precia eorum quæ vēde-
 bant & ponebant ante pedes Apo-
 stolorum. Vnde in primitiua eccle-
 sia fiebant collectæ pro sustentatio-
 ne cleri, quibus deficiētibus succes-
 serunt beneficia.

Ignatius ad Philadelphieñ. Prin-
 cipes subditi estote Cæsari, milites
 principib, diaconi presbyteris, vt sa-
 crorum administratoribus. Presby-
 teri vero & diaconi atq; omnis cle-
 rus simul cum omni populo & mili-
 tibus atq; principibus, sed & Cæsa-
 res obediāt episcopo, Episcopus au-
 tem Christo, sicut patri Christus: &

S 2 ita

DE IMMUNIT .ET

ita vnitas per omnia seruatur, Idem
ad Smyrneñ. Sacerdotium summa
est omnium bonorum quæ in homi-
nibus constat, quod si quis inhono-
rauerit, deum inhonorat, & primo-
genitum totius creaturæ.

Psal. 104 Nolite tangere Christos meos, &
in prophetis meis nolite malignari.

2 Reg. 25 Quis extendet manum suam in
Chrutum domini. Hoc dixit etiam
de vnctione regis, quid de vnctione
sacerdotis?

Gregorius Ciriaco Constantino-
politano.

Quisquis in loco regiminis est,
aliquādo necesse habet etiam terre-
na cogitare, & exteriorum quoque
curam gerere, vt grex cōmissus va-
leat, ad ea quæ sibi sunt explenda,
subsistere. A pastoribus lex creuit in
regalem maiestatem. A piscatoribus
Euangelium creuit in imperialem
maiestatem.

Et in registro Gregorij passim re-
peri-

periuntur epistolæ de administrati-
one temporalium, vnde etiam illo
tempore habuit præfectos ærarios
in Sicilia & Prouincia, vt manife-
stum sit etiam tempore Gregorij fu-
isse patrimonium sancti Petri.

In epistola Clementis. Si qui ex
patribus negotia habent inter se, a-
pud cognitores seculi non iudicen-
tur, sed apud presbyteros ecclesiæ,
quicquid est dirimatur, & omnino
obediant statutis eorum.

Concilium Carthaginense. Placu-
it, vt quicumq; clericus ab imperato-
re cognitionem publicorum petie-
rit, honore proprio priuetur.

Caius papa martyr statuit. Ne lai-
ci sacris initiatos, coram seculari iu-
dice conueniant.

Dionys. ad Demophilum, de cor-
rectione episcopi. At si quis forte &
inter ipsos à recto tramite deuiue-
rit, is ab æqualibus atq; sui ordinis
sanctis corrigatur, vt nō ordo in or-

DE IMMUNIT. ET

ordinem ruens cuncta permisceat, sed vnusquisq; in suo ordine, suoq; officio maneat.

Ho. 20

Origenes. qui tempore martyrii vixit, vbi adhuc erant imperatores gentiles, super Lucam explicat subiectionem presbyteri ad episcopum, sicut Iesus fuit subditus parentibus.

Constan.
Imperat.

Iulianus apostata, Christo aduersarius, clericis subtraxit omnia privilegia & honores. Quæ piissimi imperatores catholici, Constantinus, Theodosius, Marcianus, Valentinianus, & alij religiosi animi principes decreuerunt. Quæ quia sunt omnibus obuia C. de sacrosanctis ecclesiis, & de clericis & episcopis. Ideo referre postponimus.

23. q. 8. cap.
Tributum,
ca. secundum
canoni.

Constantinus imperator in concilio Nicæno noluit accipere libellum contra episcopos, & dixit: Vos dii estis à vero deo constituti, ite & inter vos causam disponite, quia dignum non est, vt nos iudicemus deos.

Petrus

Petrus princeps Apostolorū non refutauit sumptus, Ambrosius super primam ad Corint. 9.

Constitutio Friderici imperatoris C. de episcopis & cleri. Statuim⁹ vt nullus ecclesiasticam personam in criminali questione vel ciuili, trahere ad iudiciū seculare præsumat, contra constitutiones imperiales & canonicas sanctiones, quod si fecerit actor, à iure suo cadat, iudiciū non teneat, & iudex sic & tunc officio iudicandi sit priuatus. Aduerte inique clerum ad tribunal seculare pellentes.

Patet igitur ex premissis iustissimas esse excommunicationes latas in offendentes libertatē ecclesiasticam, suis iniquis statutis grauantes & exactionantes clerum, vtpote in eos qui peccāt & cōtra naturæ ius, in legem diuinam vtriusq; testamēti, & contra ius humanum ciuile & canonicum.

§ 4. Obij-

DE IM. ET DI. EC.

¶ Obijcit hæreticus.

Christus passus est se iudicari à iudice laico Pilato, & testimoniū perhibuit ei, quia haberet super eū potestatem de super. Itaq; Christiani sacerdotes non debent refugere iudices laicos.

¶ Respondet catholicus.

Egregiam rem moliris, vt omnes iudices Christiani sint Pilati & Herodes. Christus manifeste obiecit peccatum Pilato, quia is qui tradiderat eum maius peccatum habebat.

¶ Quod autem dixit Pilatum habere potestatem de super, si ad deum referatur, accipitur permissiue, permisit deus hoc Pilato, oblatum est eū quia voluit, si ad Cæsarem, non habet intentum hæreticus.

DE INDVLGENTIIS.

XXIII.

¶ Quia indulgentiæ sunt duntaxat satisfactoriæ pœne pro peccatis debite, ostendamus aliud esse meritum,
aliud